BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

¶ Philothei monachi: De uita & moribus diui Bernardi abbatis Clareuallis: cõgregationis Cisterciensis: ex ordine Beatissimi patris Benedicti: Carmen encomiasticon.

Nclyta dum tenui molimur gesta susurro.
Dicere: meoniis emodulanda sonis:
Quid nisi trinacrios reuocare ad littora Fluctus
Nitimur: & modicis imposuisse cadis?
Scilicet ipse rudes necdum formare loquelas
Doctus: & agresti cõcrepuisse lyra.
Principis etherei titulos: qui laudibus omnẽ
Excessere modum: sacraq; gesta canã?
Quis ferat exili Codrum; temerasse camœna
Acta. Sophocleo condecoranda sono?
Nõ secus ac phœbo si persequar addere lumen
Hinc atq; hinc sannæ Rhinocorotis erunt.
Non igitur Bernarde tuas mihi promere laudes
Fas erit: & tremula concinuisse chely.
Candida laurigeri referant tibi carmina uates:
Nos inopes animum corda precesq; damus.
Talia iam positis agitaram mente tabellis:
Arguerãtq; animos crimina nostra leues:
Cum mihi blanda quies uictis subrepsit ocellis:
Et tenuit placidus pectora lassa sopor.

Tunc dea cui tellus:celũ cui militat ōmne
Virgo:mihi eſt tales fundere uiſa ſonos.
Stulte tui nobis prohibes quid carminis uſum?
Quid ne ſacerdoti munera grata meo?
Incipe:Bernardi(ſi neſcis)gloria noſtra eſt:
Quicquid habet noſtro riuus ab anne trahit.
Hoc mihi ioānes nunq̃ fuit arctior: ille
Qui datus eſt uite duxq; comeſq; meæ.
Ille quidem dulces mecum permanſi in annos.
Virginis intuitu colloquioq; fruens:
Hic aũt cœli cum iam data ſæptra tenerem
Promeruit uultus cernere ſępe meos.
Ille erat intacti cuſtos mihi corporis unus:
Hic noſtri curam nominis uſq; gerit.
Sed quid plura?ais paribus mihi iunctus uterq;:
Nec minus ille mihi nec minus iſte placet.
Vixit uterq; parem ueneris ſine crimine uitam:
Virginitas bini pectoris una fuit.
His deus æquilocas ſublimi in uertice ſedes
Contulit:& lateri iuſſit adeſſe meo.
Eia age:quoſq; pater tribuit mihi laudes honores
Sumat:& alternas detq; feratq; uices.
Aſpicis egregia quos condidit arte libellos
Quo referant cantu nomen in aſtra meum?
Spũs illa animis bene profectura malignus
Scripta tulit:laudes quæ cecinere meas.
Proq; pio iliaden danaũq; induxit ieſu:
Abdideratq; mei myſtica dicta ſenis.

Dūq; homines nugas miſeri ſectantur inanes:
Hæc pæne in nōnullis ſcripta fuere locis.
Non tulit hoc ſummi temerata potentia ſæptri
Perfidus ut noſtras hoſtis haberet opes.
Ipſa etenim tacito monui ſpiramine quēdam
Qui mihi precipuo munere uinctus erat:
Vt pia diſperſos reuocaret cura libellos:
Scriptaq; ſydereas quæ docuere uias.
Efficeretq;:die caderent ne exeſa uetuſto:
Imprimeret breuibus ſculptor ut illa notis.
Et quia tam longo fuerat uitiata receſſu
Littera:iuditiis tergeret ante ſuis.
Hęc ego quæ tantos illum tolerare labores:
Hæc ego te faciles hortor inire modos.
At metuis ne forte rudi parata cothurno
Liuor edax tetrico carmina dente petat:
Atq; ſupercilio tua reſpuat orſa tumenti:
Contendatq; leues iſta decere uiros.
Nec ferat aonias monachum reuocare ſorores:
Quas ſemel inuiſo iuſſit abiret pede.
Euge:ſuperuacuis horum latratibus obſtat
Perpetuo uates iunctus amore mihi:
Qui ferrugineis niueos ſuperaddit amictus:
Inclyta carmeli tegmina montis habens.
Qui mea dulciſono celebrauit carmine geſta:
Stridēteſq; truci Coſtidis ære rotas.
Ille dabit faciles auras:portuſq; ſecundos:
Hoc duce ſyrteos trāſgrediere canes.

Aſpicis ut clara ſtolidos ratione retundat?
Garrulaq; oppoſita clauſerit ora manu?
Hic mihi de mundi reuocatus turbine plaudit:
Atq; meū dulci cōcinit ore decus.
Fare age: uirtutum cumulis & laudis honore
Quē deceat uati prepoſuiſſe meo.
Nam ſi grandiloquo liceat conferre Maroni
Carmina q̄ paribus cantet uterq; modis:
Hic tamē æternis tantū uirtutibus: illo
Clarior eſt: quantum noctibus alma dies.
Nam quæ dona meo potui preſtare clienti
Quæ minus illuſtrem conſtet habere uirum?
Quæritur eloquio quantum ualet ille nitenti:
Talis Ariſtocles Meoniuſq; fuit.
Quæritur innocua quantum probitate coruſcat:
Helias ardenti talis in axe fuit.
Hic docet anguſtum uirtutis ſcandere culmen:
Et celerem uitiis īpoſuiſſe modū.
Nil niſi q̄ rigidi poſſint laudare catones:
Nil niſi ſacrato chriſtus in ore ſonat.
Hic mea dum celebri repetit pręconia cantu:
Mille mihi æterno iunxit amore uiros.
Hunc ego ſydeream tanto pro carmine ſedem
Conſtitui: & regni gaudia ſumma mei.
Hunc tamen aſſi duo Bauius liuore fatigat:
Ingenio æquarit cælica tecta licet.
At tibi quem nullo decorauit ſchemate chriſtus
Deſuerint auidi murmura torua canis?

Cælsior humanos pessundebit ille fauores.
Solaqꝫ perpetuæ præmia lucis auet:
Illius exemplo nugas contemne loquaces:
Nanqꝫ magis uirtus pressa micare solet.
Inuenies omnis florenti laude uerendos
Inuidiæ facibus succubuisse uiros.
Gaude igitur tanto qꝫ te dignamur honore:
Vt tibi sit noster causa ruboris amor.
Incipe iam tali ductus stratagemate: quamuis
Vaniloquus nullam donet apollo lyram.
Nostra secundabit cursus cynosura patentes:
Vt leuius cœptum perficiatur iter:
Nulla tuæ est: fateor: nulla est facuudia linguæ:
Nec deus eloquium sed pia corda probat.
Graminibus pecudes pascuntur: rore cicadæ:
Quadrupedum tigris sanguine: corde deus.
Solue igitur propero tenuem de littore cymbam:
Deducent cursus flamina nostra tuos.
Dixit: & aereas fuerat iam lapsa per auras
Cœperunt sensus cum uigilare mei.
Grãde opus aggredior: ueniam date iussa sequenti.
Cogitur inuito currere musa pede.
Quæqꝫ leui quondam latitans epigrammate lusit:
Nunc grauiore meat calliopea gradu.
Non tamen acta suo digesta ex ordine dicam:
Pauca sed e plena margine mira loquar.
Interea nostro pater o uenerande labori.
Annue; & o sacri doctor amoris ades.

¶ Diui Benedicti pro instauratione monasticæ Religionis prolata supplicatio & accepta a deo pro missio.

a Stra decem celeri penetrarant secula cursu:
Bis totidemq; pari lustra peracta pede.
Ex quo letiferi resecans contagia morbi
Christus: ab intacta uirgine natus erat.
Cum genus omne boni facinus mortale fugarat:
Fœdaq; terrigenis gaudia numen erant.
Vndiq; liuor edax feritas: discordia: lites:
Pestis: bella: fames: & metus hostis erat.
Omnibus occiderat superum reuerentia terris:
Et decus & priscæ relligionis amor.
Quinetiam ruptis errabat pauper habenis
Sancte per anfractus grex Benedicte tuus.
Rarus: & incerta monachus statione peragrans
Non dabat auctori debita uota suo.
Tunc proprias Benedictus oues miseratus: olympi
Dicitur his regem sollicitasse modis.
Maxime rex: parent cælum cui: terra: fretumq;:
Omnia qui nutu dasq; regi q; tuo
Aspicis ut longo probitas male frigeat æuo?
Aspicis ut toto ferueat orbe scelus?
Cernis ut aduersis agitetur fluctibus omnis
Relligio: & nullo milite fulta cadat?
Ille meus quond am teneris bene cultus ab annis
Quo fugit antiquæ religionis honor?

Quemq; ego tam lata moriens ditione reliqui
Ordinis heu noſtri: dic mihi ſeruor ubi eſt?
Iam mea progenies tandem: niſi protinus illi
Proſpicis: e ſummo culmine pulſa cadit.
Surge age: iamq; hominũ ſortem miſeratus acerbã:
Erue de tantis pignora noſtra malis.
Dixit: & ex alto totum qui temperat orbem
Accepit tales protinus ore ſonos.
Optime dux uario cœlum qui milite comples:
Qui fueras noſtrę pars modo prima ratis.
Parce pio benedicte metu: nam marte tuorum
Mœnia ſunt ducibus reſtituenda meis.
Mœnia quæ tantis agitata furoribus ardent:
Mœnia quæ Petri iacta fuere manu.
Reſpice quem teneris puerum mihi mater ab annis
Obtulit: & patriam gallica terra dedit:
Spiritus hunc pleno radiatum pectore ſanctus
Efficiet Moſi religione parem.
Cernis ut ille mei ſtimulis agitatus amoris
Iam terat aſſiduo limina ſancta pede?
Aſpicis ut pulchro rutilet ſub pectore uirtus?
Inſpice: uenturum teſtificatur opus.
Niligenas tanto monachorum principe cœtus
Reſtituent ſeptis tempora læta tuis.
Angelicis poſtq; compleuerit omnia turmis:
Deſcritq; tuam compoſuiſſe domum:
Tunc etiam Petri nimium iactata quieſcet
Huius ab hauſpitio tuta carina uiri.

Solus hic ingentes monachus tractabit habenas
Orbis: & extremo iura sub axe dabit.
Quæq; uides tumidis consurgere uuribus arma
Pax erit illius conciliata fide.
Aurea tunc placidis consurget moribus ætas:
Et mea terrigenis gratia maior erit.
Quinetiam extremi bonitas cum tempore sæcli
Nulla erit: & toto fugerit orbe fides:
Aureus ecce tuo surget de uimine palmes.
Siccaq; nectareus perfluet ora liquor.
Vrbs pataui illustres præbebit palmitis ortus:
Hinc feret auxiliis germina lata meis.
Ipse etiam tanto producet fœnore fructus
Vt fateare tua non eguisse manu.
Quare age: tam clari proles ne germinis unq̃
Deficiat: nullo sollicite e metu.
Hæc ait: & summo paraeletum mittit ab axe
Bernardumq; suo concremat igne deus.

¶ Bernardus quatuor germanis fratribus i eandē sententiam adductis religionem ingredi statuit.

Ille deo plenus faciem moresq; pudicos
Induit: & mentis improba sensa fugat.
Iamq; puer tenero claudebat pectore numen:
Et decor egregii maximus oris erat.
Hunc qui solerti spectabat lumine: dixit:
Et speciem & mores uirginis iste gerit.